



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Hymerius Eps. S. Botulphus Ab. S. Adolphus Eps. 17. Iun.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

1. S. Hymerius Eps. Amerinus, ex  
Monasterio ubi & literarum & virtu-  
tum studio omnes superabat assump-  
tus, Religionem exactissime in suis  
curauit, sanctitas eius multis miracu-  
lis effulsit, maxime in ejiciendis dæ-  
monibus, & morbis curandis. Cor-  
pus eius A. 965. Cremonam transla-  
tum est.

2. B. Botulphus nobilis Anglus  
tempore Ethelmundi Anglorum Re-  
gis, Sanctiori vitae instituto se addix-  
it, Icani apud Lincolniam pater Spi-  
tualium factus filiorum.

3. Huius frater B. Adolphus æque  
ac ille scientia & virtute excultus an-  
te tempora B. Villebrordi Christia-  
nis qui apud ultraiectum erant præ-  
positus Episcopus circa A. 650. cum  
Frisij Bataviique sub Rege patrio gu-  
bernabantur.

S. Hymerius Eps. S. Botulphus Ab.  
S. Adolphus Eps. 17. Jun.



*Humilitas.*

**H**umiliast te? Deus descendit ad te:  
**C**leuast te? Deus fugit à te. August  
Deus qui conspicis, quia ex nulla  
nostra virtute subsistimus : Concede  
propitius, ut intercessione B. Hyme-  
rij Epi. (B. Botulphi: B. Adolphi con-  
fessoris tui, contra omnia adversa mu-  
niamur. Per D.N.J.C.

**Ora pro inimicis, &c**